

Describas, quæso, mihi solum circùm Monspe-
lium. An ibi *Cretaceum* occurrat?

An *Creta* ex silice, vel *Silex* ex cretâ? Ego poste-
riorem fovi sententiam, alii repugnant.

Dicas mihi ex quâ terrâ *Gypsum*; cùm omnis
lapis è terrâ.

Inquiras quænam plantæ non facilè crescunt
niis in propriâ terrâ; uti *Potentilla repens* in argil-
laceâ; *Hippocrep.* in cretaceâ, etc.

Dicas mihi, oro, ex quibus stratis lapideis mon-
tes circùm Monspelium consistant? An subtùs ex
cote, tùm schisto, demùm calce, iterùm schisto
summo saxo?

Quænam apud vos *Petrificata*, quorum protypi
inter animalia non hodiè, quantum constant,
reperiuntur?

Hæc et similia mihi essent exoptatissima.

Vale, et me inter tuos numeres, quæso.

FINIS.

